

debent studentibus, instructoribus prelibatis in certis, & perpetuis redditibus pro iis de novo acquisitis fuerint assignata. Illud quoque, quod in eodem Capitulo continetur videlicet, ne de studentium pensione alia predictorum cuiquam valeat provideri, nisi ipse electus, & licentiatu fuerit, prout est in dicto Capitulo ordinatum, alias nulla sit assignatio huiusmodi ipso iure, nec per eam jus alicui acquiratur, & tam assignans, quam accipiens teneantur ad restitutionem omnium, quæ exinde recepta fuerint, faciendam, & nihilominus poenis subiaceant superius in eodem Capitulo designatis; id intelligi volumus, cum scienter peccatum fuerit in modo vel forma electionis, vel nominationis predictæ. Quia vero in eo Capitulo continetur, quod presidentes, & alii convenientes ad Provinciale Capitulum provideant, ut Monachi ad dicta Studia transmittendi simul commorentur saltem deni ad minus; concedimus, quo dicti Præsidentes possent in Provinciali Capitulo si eis expediens visum fuerit ordinare, quod Monachi numero pauciores, usque ad senarium numerum simul morari valeant in studiis supradictis. Quod autem in dicto Capitulo, in paragrafo: Rursus statuimus &c. inter alia continetur. Quod illi qui ad Baccalaureatum, & ad legendum Decretales in Parisiensi studio assumi voluerint & in ipso Parisiensi, vel quovis alio generali studio, audiverint iura canonica per sex annos, de quibus per tres annos minus audi erit Decretum, necnon illi, qui ad magistrum in decretis, vel ad lecturam Decretorum assumi voluerint in prefato Parisiensi studio, & ibi, vel in alio generali studio iura canonica, ut Baccalarei legerint per quinque annos, & de hoc primo fidem fecerint per eorum proprium, & duorum aliorum iuramentum; intelligi volumus, quod duo prefati addito eis tertio solum jurare debeant credere huiusmodi ad Baccalaureatum assumendos, vel magistrandos, seu etiam ad lecturam decretorum assumendos verum jurasse.

De mutuis. §. 7. Verba autem illa, quæ in Capitulo posito sub rubrica de Mutuis, in paragrafo: Volentes itaque, continentur scilicet obligando, seu submitiendo &c. ad omnem ambiguitatem tollendam intelligi volumus de obligatione, & submissione speciali, & expressa.

De Forma juramenti a Prælati præstandi. §. 8. Rursus illud quod in Capitulo posito sub rubrica de forma juramenti a Prælati præstandi in paragrafo, qui incipit: Decernimus, continetur, videlicet, quod cum Civitas, Castrum &c. vendenda, vel obliganda extiterint, quo ad obligationem huiusmodi intelligi volumus, si obligatio ipsa fiat principaliter, specialiter, & expresse.

De Locis non tradendis ad firmam. §. 9. Porro ad Capitulum postum sub rubrica de locis non tradendis ad firmam, adjicimus, quod per contenta in eo non intendimus prohibere, quo minus Antifites, Abbates, Priores, & administratores alii redditus, & proventus administrationum suarum locare, seu vendere valeant absque solemnitate in Capitulo ipso apposta ad tempus modicum, quod triennium non excedat juxta morem in

regione, in qua erunt, solitum observari statutis etiam rationabilibus Ecclesiarum, vel Monasteriorum, vel aliorum locorum Religionis ejusdem, si qua super hoc fuerint, observatis. Si vero talis traditio, vel concessio ad firmam tempus triennii forsân excedat, volumus quod omnes solemnitates in ipso Capitulo posite, debeant observari. Volumus etiam quod decimæ, & primitiæ non nisi usque ad annum tradi possint ad firmam, & quod per hoc in casibus aliis non præjudicetur contentis in ordinationibus prelibatis. Si tamen ex huiusmodi locatione, seu venditione proventuum ad tempus modicum, ut præmittitur, faciendâ contingeret infra unum annum recipi pecuniam, vel aliud, quod pretium proventuum unius anni rei venditæ, seu locatæ excederet, tunc servari volumus solemnitates contentas in Capitulo memorato.

De muliere habitant in locis Monachorum. §. 10. Quod autem in Capitulo posito sub rubrica, ne mulieres habitent in locis Monachorum, prohibetur expresse, ne Antifites, Abbates, Priores, & ceteri administratores in Ecclesiis Monasteriis, seu locis aliis Ordinibus, & Religionis ejusdem, aut infra septem ipsorum mulieres tenere præsumant, declaramus de illis domibus, locis, & septis Religionis ejusdem debere intelligi, in quibus debent Monachi residere.

De creatione Monachorum. §. 11. Illud siquidem quod in Capitulo posito sub rubrica de creatione Monachorum circa ejus principium continetur, videlicet, quod induantur Monachi, cum proborum consilio Ecclesie, Monasterii, Prioratus, Decanatus, aut loci, cui ii ad quos pertinet creatio eorundem præferunt; intelligi volumus in locis dumtaxat, in quibus de consuetudine, privilegio, vel statuto requiri debet proborum consilium predictorum.

De Licentia eundi extra Monasteria. §. 12. Ceterum illud, quod continetur in Capitulo posito sub rubrica de licentiis eundi extra Monasteria, vel alia loca, in versiculo, qui incipit: Si quis vero Monachus contrarium fecerit; intelligi volumus cum Monachus de Monasterio, & loco Conventuali a Superiore suo non petita licentia, nec obtenta exire præsumperit, vel cum obtenta dicta licentia exiverit, & cessante impedimento legitimo in præfixo sibi termino non duxerit redeundum.

De poenis quæ a Constitutionibus intendantur contra transgressores. §. 13. Denique quia in eisdem Constitutionibus nonnulla Capitula continentur per quæ poenæ, seu sententiæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac etiam inhabilitatis in personas dictæ Religionis interdum sine aliqua moderatione temporis proferuntur, quas siquidem poenas, seu sententiæ nonnulli per inadvertentiam, simplicitatem, seu ignorantiam, seu etiam propter ambiguitatem dictorum Capitulorum forsitan incurrerunt, nos ad eorum supplicationis instantiam pro animarum ipsorum salute prefatis personis dictæ Religionis cujuscumque status, seu conditionis existant, quæ predictas poenas, vel seu sententiæ incurrerint, providere salubriter intendentes, volumus, & tenore presentium concedimus hac vice, quod personæ in dicta Religione Superiores non habentes quæ predictas poenas vel sententiæ incurrerint, ab ali-



Clauſula. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrarum voluntatum, adiectionum, conſtitutionum, caſſationum, revocationis, declarationis, & remiſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Avenione Nonis Decembris, Pontificatus noſtri anno VI.

Dat. die 5. Decembris 1340. AN. VI.

De septima Menſis Maii anno 1342. electus eſt in Romanum Pontificem, & Clemens VI. voluit appellari, Petrus Rogerius Presbyter Cardinalis SS. Nerei & Achillei tituli Faſciolæ, qui ſolem- niter coronatus eſt Avenione die 19. ejuſdem menſis in die Pentecoſtes. Sedit in Pontificatu annis X. menſibus ſere ſeptem a die electionis ejus computandis: a die vero coronationis annis X. menſibus VI. diebus XVIII. imperantibus in Oriente Joanne Palæologo Imperatore, in Occidente vero Carolo IV. Rege Romanorum. Obiit die 6. Decembris 1352. & corpus ejus depoſitum eſt Avenione in Eccleſia B. Mariæ: indeque translatum ad Monasterium Caſæ-Dei in Alvernia. Vacavit Sedes dies XII.

Est. apud
Bernald. ad
ann. 1343.
p. 83.

Insignium Sacerdotiorum, atque Ecclesiasticarum dignitatum provisio in Sicilia Regno Sedi Apostolicæ reservatur ad tempus.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Miserum Siciliae statum deplorat.

DUM statum miserabilem Insulae Siciliae, quae propter inobedientias, & excessus nefandos varios contra Romanam Ecclesiam commissos ibidem, interdicto Ecclesiastico subjacere, ac diu subjacuisse noscitur, mentis oculis intuemur, eidem more paterno compatimur, piis desiderijs affectantes, quod per veram obedientiam, & satis factionem debitam a suis relevari periculosis opprobriis, & ad statum dirigi prosperum mereretur.

Causa hujusmodi reservationis facienda.

§. 1. Cum autem propter hæc, & alia circa præmissa diligentius attendenda opportunum admodum existimetur, quod in Ecclesiis præsertim Cathedralibus, & aliis locis Ecclesiasticis ejusdem Insulae præcipuis, Prælati, & Rectores præficiantur idonei, per quorum fidelitatem, & circumspèctam industriam Ecclesiarum, & locorum prædictorum posse provideri utilitatibus, & salubriter consuli statui supradicto speretur; nos his, & aliis causis honestis, & rationabilibus animum nostrum ad id moventibus, nonnullorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum in hac parte vestigiis inherentes, provisiones, & dispositiones omnium, & singularum Archiepiscopatum, Episcopatum, Collegiarum Ecclesiarum, necnon Abbatiarum, Monasteriorum, & Prioratum Conventualium Regularium, & Sæcularium, exemptorum, & non exemptorum nunc vacantium, & in antea vacaturorum infra dictam Insulam consistentium, in quibus Prælati, seu Rectores consueverunt per electionem assumi, si, cum, & quotiens casus vacationis emerferit, usque ad biennium a prima die Junii proximo instantis, quo terminabitur tempus reservationis per felicis recordationis Benedictum Papam XII. Prædecessorem nostrum olim de illis factæ in antea computandum, nobis, & Sedi Apostolicæ auctoritate Apostolica reservamus; univèrsis Ecclesiarum, Abbatiarum, Monasteriorum, & Prioratum prædictorum Capitulis, Collegiis, & Conventibus, ac personis districtius inhibentes, ne in eis hujusmodi reservatione durante ad electionem, postulationem, vel provisionem aliquam præsumant procedere, aliquo modo, ac decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super ipsis, per quosvis alios, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cæterum volumus, & nostræ intentionis existit, quod reservatio, inhibitio, & Decretum hujusmodi, ad Monasteria Monialium, & aliarum Religiosarum Mulierum, & ad Ecclesias, vel Prioratus non Conventuales, seu quorum fructus, redditus, & proventus annui summam quinquaginta florenorum auri secundum communem estimationem non excedunt nullatenus extendantur.

Reservatio de qua in Rubrica.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reservationis, inhibitionis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Avenioni tertio nonas Maii Pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 3^o Maii 1343. An. I.

I. I.

Declaratio, quod Rege Siciliae minore Regni Procuratio spectat ad Sedem Apostolicam.

Id. 9. 75.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei Ad futuram rei memoriam.

EX ore sedentis in Apostolica Solio dignitatis debet adinstar illius, cuius vices gerit, gladius procedere bis acutus, ut æquo libramine cuncta ad examen ipsius deducta prudenter appendens jus suum unicuique tribuat, & in iustitia nulli parcat: quem tunc bene agere nos cognoscimus cum tam nostris, quam subditorum, non declinando ad dextram, vel sinistram, invigilamus remediis, futuris occurrimus periculis. ac iniuste, & improvide attentata, quæ partus forsitas se deteriores haberent, si ipsorum inefficacia in publicum præcone iustitia non iustitiam iudicii reformamus. Tuncque commajora timentur provenire dispendia promptiori, & uberiori cautela sine peronarum acceptione provisionis nostræ remedio subvenimus.

Protonotarius.

§. 1. Sane ad Apostolatus nostri notitiam pridem deducto, quod claræ memoriæ Robertus Rex Siciliae in ultimo testamento suo inter cætera ordinaverat, & mandaverat, quod venerabilis Frater noster Philippus Episcopus Cavalicensis, & charissima in Christo filia nostra Sancia Regina Siciliae illustris, ac dilecti filii nobiles viri Philippus de Sanguinero Altifluminis Gaufridus de Marsano Squilarii Comites, ac Carolus Artus essent, & esse deberent Governatores, dispensatores, Rectores, & administratores, vel quocumque alio modo, & nomine melius poterant de jure censeferi, Charissimæ in Christo filiae nostræ Johanna Reginae Siciliae illustris neptis suæ ex unico filio primogenita, eidem Regi in Regno Siciliae, & terris citra Pharus usque ad Confina Terrarum Ecclesie (excepta Civitate Beneventana cum ejus territorio ad Romanam Ecclesiam pertinentem) juxta conventiones inter ipsam Romanam Ecclesiam, & claræ memoriæ Carolum primum Regem Siciliae, ipsius Roberti Avum, initas succedentis, volens, & mandans, quod præfata Johanna, donec complevisset vigesimum quintum annum, nihil deberet, vel posset quomodocumque, & qualitercumque agere, seu facere in iudicio, vel extra iudicium contrahendo, & alienando, seu alias quocumque actum

Qui fuerit a Roberto Rege Procurator res Regie cum situs.

actum legitimum faciendo sine expressa conscientia, & assensu principaliter dictæ Sanciae, & aliorum prædictorum quos Governatores, Dispensatores, Rectores, & administratores dictorum Regine, & Regni statuebat, & quod si ante lapsum prædicti temporis dicta Johanna secus forte faceret, quod non credebatur, nec intendebat ipse Rex, ut dicebat, ipso jure esse nullum, & prorsus vacuum, & inane, quam ordinationem, & voluntatem dicta Johanna se inviolabiliter promiserat servaturam; Intellecto quoque, quod Episcopus, Sancia, & alii supradicti post mortem dicti Regis, virtute ordinationis prædictæ multa gesserant, & administraverant, gerebant, & administrabant, & dictæ Johanna gubernanti, & regenti in contractibus iudiciis, & aliis diversis agendis auctoritatem, & consensum præstiterant, & præstabant: ipsa enim Johanna interdum cum prædictorum, & aliquorum ex ipsis auctoritate, & assensu, & interdum per se, vel aliquorum ex eis non interveniente consensu gerebat, disponebat, & administrabat in Regno, & terris prædictis donando, investiendo feuda, dignitates, administrationes, & officia perpetua, & temporalia concedendo, & aliter contrahendo, & alios actus judicialiter, & extrajudicialiter exercendo: Nos considerantes, quod dicta Johanna Regina adhuc talis est ætatis, quod ipsa ad administrationem Regni, & Terrarum prædictorum propter defectum ætatis hujusmodi minus idonea existit, & quod propterea ad nos, qui ejusdem Joannæ immediati Superiores existimus, & totius Regni, & terrarum prædictorum directum, & altum Dominium obtinemus, cura, administratio, defensio, gubernatio, & Baillia Regni, & terrarum prædictorum gerenda per nos, vel alium seu alios idoneos, quos ad hoc duxerimus deputandos sic plene, & in solidum de iure & diversorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum observantia pacifica istis dignoscitur temporibus pertinere, quod nec prædictus Rex, Governatores, Rectores, & administratores hujusmodi, pro tempore, quo gubernatio, administratio per Bailliam hujusmodi ad nos ut præmittitur, pertinet, dictis Joannæ, & Regno nullo modo poterat deputare, & propterea prædicti Episcopus, Sancia, Philippus Gaufridus, & Carolus, tamquam dati & deputati administratores, & gubernatores ab illo, cuius dandi saltem pro dicto tempore minime competeat, administrare, gubernare & regere, seu prædictæ Joannæ in agendis auctoritatem, & consensum, seu assensum prætextu, vel virtute ordinationis prædictæ præstare nullatenus potuerunt, nec dicta Johanna cum auctoritate, seu consensu ipsorum, nec etiam per se ipsam, sive illis hujusmodi tempore de dispositione, & gubernatione, Regni, & Terrarum prædictorum, vendendo dando feuda, dignitates, & Officia perpetua vel temporalia concedendo, investituram faciendi, seu quosvis alios actus legitimos in iudiciis, vel extra iudicialibus exercendo se proterant introumittere quomodocumque, sive ex gestis per eam cum dictorum Episcopi, Sanciae & aliorum vel aliquorum ex eis aucto-

Joanna stare eorum administrationi promisit.

Ad quem Regni administratio spectat.

Joannæ gesta hinc non sulta.

ritate, seu consensu, vel per se ipsam, eorum non interveniente consensu, seu per ipsos Episcopum, Sanciam, & alios supradictos, qui nullum habuerunt, nec habent dispensationis, gubernationis hujusmodi potestatem, decipiuntur subditi, & alii, cum dicta Johanna, seu cum Episcopo, Sancia, & aliis sepatis vel eorum auctoritate vel assensu contrahentes, seu quævis alia negotia exercentes, & Officia, dignitates, administrationes, investituram, vel quocumque alia ipsis intervenientibus obtinentes, cum ex administratione gestione, & gubernatione talium umbra quædam solum ostendatur in opere, nulla autem subit realis veritas in effectu: ac volentes, sicut tenemur, damnis, & periculis, quibus Regni & terrarum prædictorum incolæ nostri quidem, & Ecclesie Romanæ homines principaliter vassalli subijci propterea possint occurrere, ac indemnitati prædictæ Romanæ Ecclesie, cui ex prædictis magnum, nisi sic præsumptis obviaretur conatibus, præjudicium pararetur, quantum cum Deo possumus, providere, deliberavimus cum Fratribus nostris tam periculoso errori, ne cum approbare tacite videamur, resistere & male incohatis occurrere, ne tractu temporis invalescant per tolerantiam & eisdem vires dissimulatio subministret.

Decretum Pontificum circa Regni procuracione.

§. 2. Ideoque de eorumdem Fratrum consilio præsentis sanctionis oraculo decrevimus, & ex certa scientia declaramus prædictum Regem non debuisse, nec potuisse prænominatos Episcopum, Sanciam, & alios gubernatores, dispensatores, Rectores, Administratores dictorum Joannæ Reginae & Regni pro istis saltem temporibus, quibus gubernatio baillia, & administratio, ut præmittitur pertinet, sicut nec quosvis alios dare, ordinare, vel quomodolibet deputare, nec ipsos Episcopum, Sanciam, & alios debuisse, nec potuisse ex ordinatione ipsius Regis administrationem, & gubernationem ipsorum Joannæ & Regni recipere, vel ad ipsam administrationem, & gubernationem sive per se ipsos, sive dictæ Joannæ auctoritatem consensum, vel assensum in iudicio, vel extra iudicium, seu alias qualitercumque præstare se ingerere, vel ipsi administrationi, directe, vel indirecte virtute ordinationis prædictæ quomodolibet immiscere, nec dictam Joannam cum auctoritate, seu consensu ipsorum, neque etiam per se ipsam, prædictorum non interveniente consensu de gubernatione, & administratione prædictorum Regni, & Terrarum se introumittere aliquomodo istis temporibus, ut præmittitur potuisse, nec potuisse.

Joannæ gesta rescissa.

§. 3. Declaramus insuper omnia gesta, acta, & administrata qualitercumque virtute ordinationis hujusmodi per nominatos Episcopum, Sanciam, & alios communiter, vel divisim, & per præfata Joannam cum auctoritate, & assensu ipsorum auctoritate, vel consensu, sive sint venditiones, donationes feudorum, officiorum, & dignitatum, perpetuorum, vel temporalium concessionem, investituram, seu quævis alia judicialia, & extrajudicialia quocumque nomine appellentur, cas-

sa omnino esse, & irrita, nullumque de buisse, vel debere sortiri effectum, nec alicujus existere firmitatis.

Veritatem etiam quae fieri contingit in futurum.

§. 4. Et nihilominus hujusmodi acta, gesta, disposita, & administrata, ut praemittitur per praedictam Joannam, quoquomodo, seu per alios supradictos, vel ipsorum, aut aliquorum ex ipsis, auctoritate, consensu, seu assensu, quatenus processerunt de facto, & quae pro tempore, quo ad nos administratio, ut praemittitur pertinebat, per ipsam Joannam, vel praedictos, vel eorum auctoritate, vel consensu, modo, & forma praemissis fieri, geri, & administrari contingeret in futurum non obstante iuramento per sepefatam Joannam praestito, cassamus, irritamus, & cassa, & irrita nuntiamus.

§. 5. Inhibemus quoque praefatis Episcopo, Joannae, Sanciae, Philippo, Gaufrido, & Carolo sub poena excommunicationis, quam ipsos, & eorum singulos non parentes huiusmodi nostris prohibitionibus, & mandatis non obstantibus quibuscumque privilegiis incurrere volumus ipso facto, ne post habitam praesentis decreti, declarationis, ordinationis, & inhibitionis notitiam, praedicta Joanna durante dicto tempore de dispositione, administratione, & gubernatione dictorum Regni, & Terrarum seu sine auctoritate, vel consensu praedictorum Episcopi, Sanciae, & aliorum, nec etiam ipsi Episcopus, Sancia, & alii, five per se gerendo, & administrando, five ipsi Joanne auctoritatem, seu consensum virtute praedictae ordinationis ipsius Roberti Regis, ut praemittitur, praestando directe, vel indirecte, seu aliquantulum intromittant, nec se administratores, seu Gubernatores Regni, seu Regine, vel quovis alio nomine, occasione ordinationis praedicti Regis nullatenus verbo, vel scriptura nominent, vel faciant ab aliis nominari.

§. 6. Ceterum, ut incolae dicti Regni, quos in visceribus gerimus charitatis, vel quivis alii cum dictis Episcopo, Sancia, Philippo, Gaufrido, & Carolo tamquam cum administratoribus, & gubernatoribus praedictorum Regni, seu Reginae, vel cum dicta Joanna de auctoritate, consensu, vel assensu ipsorum communiter, vel divisim, vel eorum non interveniente consensu quomodolibet contraxerunt, vel ab ipsa Joanna, feuda, investiturae, dignitates, officia, seu administrationes aliquas receperunt, vel qui cum ea, seu praedictis, vel Judicibus, seu Officialibus aliis deputatis ab ipsis in iudicio, vel extra quovis modo aliqua gerere, vel agere habuerunt bonam fidem habentes, ex ignorantia se laesos non luceant, seu deceptos; nos eisdem providere paterna pietate volentes dilecto filio nostro Aymerico tituli Sancti Martini in Montibus Presbytero Cardinali Apostolicae Sedis Legato per nos in dictis Regno, & Terris administratore, gubernatore, & baiulo deputato committimus per praesentes, quod ea, quae per praefatos Episcopum, Sancia, & alios, vel per praedictam Joannam, cum etiam, vel sine auctoritate, consensu, vel assensu eorum, seu aliquorum ex ipsis gesta, & administrata repererit utiliter, & alias rite, & non in Romanae Ecclesiae

seu Regni praedictum processisse, de patientia toleret, vel prout sibi videbitur auctoritate nostra approbet, & confirmet.

§. 7. Per praedicta autem non intendimus quin ea, quae praefati Episcopus, Sancia, Philippus, Gaufridus, & Carolus ab ipso Roberto executores etiam deputati, tamquam executores ex virtute executionis dumtaxat, ac prout, & in quantum executorum potestas, & ministerium legitime se extendit, gesserunt, & administraverunt, seu eos gerere, & administrare contigerit in futurum, plenam, & perfectam, ac per praesentem Constitutionem, & ordinationem in nullo diminutam obtineant roboris firmitatem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri Decreti, revisionis, prohibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis &c.

Datum Avenioni quarto Kalendas Decembris Pontificatus nostri anno secundo.

III.

Facultas Abbatis Congregationis Monachorum B. Mariae Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, retinendi & acquirendi nova loca & Monasteria, ibique Ecclesiastica Sacramenta ministrandi.

Hanc Congregationem approbavit Joannes XXII. Constitutione XXXVI. pag. 191. Cum a nobis.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monasterii S. Mariae de Monte Oliveti in Accenna, Ordinis S. Benedicti, Aretinae Diocesis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Solicitudinis Pastoralis officium, quod super omnes orbis Ecclesias, & Monasteria, dispositione divina, licet immeriti, gerimus, pulsant & excitant mentem nostram, ut cunctorum fidelium, & praesertim regularium personarum, quae mundanis relegatis illecebris, sub arctioris vitae observantia se perpetuo divinis obsequiis emanciparunt, commodis intendamus, ac in iis, quae divini cultus, animarum salutem, & religionis augmentum concernunt, eos apostolici favoris praesidio fovemus.

§. 1. Exhibita siquidem nobis nuper vestra petitio continebat, quod nonnulli Christi fideles, gerentes ad vestrum Monasterium specialis devotionis affectum, ac cupientes, ut Monasterium ipsum ad divini laudem nominis amplietur, pro animarum ipsorum salute, nonnullas domos, terras, possessiones, loca, & alia bona ad eos spectantia, vobis, ac vestro Monasterio liberalitate provida donaverunt, & ea intentione contulerunt, ut in eisdem domibus, terris, possessionibus, & locis, Prioratus, & Oratoria cum officinis necessariis ad opus personarum dicti Monasterii construantur, & de novo fundentur; ipsaque constructa, & fun-

data, dicto vestro Monasterio tamquam membra capiti sint subiecta, & in eis sic constructis, & fundatis instituantur, ponantur, & deputentur Priores, Monachi, & Conversi, ac familiares, per te filii Abbas, & successores tuos Abbates, qui erunt pro tempore Monasterii supradicti, quodque quamplurimi alii Christi fideles, similes donationes, & concessiones vobis libenter facerent ad similes usus, ut creditis, si vos super his a Sede Apostolica haberetis auctoritatem, licentiam, & etiam facultatem. Quare nobis humiliter supplicastis, ut vos in hac parte, praerogativa Sedis Apostolicae gratia prosequenda consuectae ipsius clementiae, dignaremur.

§. 2. Nos igitur, qui sumus almifici Confessoris Benedicti Ordinis professores, cupientes Ordinem ipsum, ad Dei laudem, & gloriam, ipsiusque Confessoris memoriam celebrem dilatari, ac cultum augeri divini nominis, & animarum salutem etiam procurari, & propterea hujusmodi pia desideria devotorum volentes favoribus Apostolicis confovere, vestris supplicationibus inclinati, recipiendi hujusmodi domos, terras, possessiones, loca, & omnia bona praedicta vobis jam concessa, & donata, & ea etiam quae in posterum vobis donabuntur, & concedentur ad usus praedictos, & in eisdem domibus, terris, possessionibus, locis donatis, & concessis, ac donandis, & concedendis prout domorum, terrarum, possessionum, locorum hujusmodi magnitudo, seu quantitas, & eorum etiam facultates exposcent, Prioratus vestri Ordinis, & Oratoria cum officinis necessariis construere, & fundare in partibus dumtaxat Italiae, ac in eis Priores, Monachos, & familiares juxta dictarum facultatum exigentiam instruere, qui secundum eisdem B. Benedicti Regulam, & instituta dicti vestri Monasterii, devotum impendant perpetuo Altissimo famulatum. Et quod eisdem Prioribus, Monachis, & Conversis liceat in eisdem Prioratibus, & Oratoriis habere altaria, campanilia, cum campanis, caemeteria pro sepultura personarum in illis degentium, ac in Oratoriis ipsis Missas, & alia divina officia celebrare. Quodque Prior cujuslibet loci sic construendi, possit Monachorum, & Conversorum Prioratus, seu loci sui confessiones audire, ipsosque absolvere, ac eis pro commissis poenitentiam injungere salutarem, dummodo talia non fuerint, propter quae foret Sedes Apostolica merito consulenda.

§. 3. Necnon eisdem cuncta Sacramenta Ecclesiastica ministrare, & quod in Prioratibus, & Oratoriis ipsis, erectionem, & consecrationem altarium, & caemeteriorum benedictionem, a quocumque malueritis Catholico Antistite gratiam, & communionem Apostolicae Sedis habere (si Prioratum, & locorum ipsorum Diocesani, eas vobis, & ipsis Prioribus, ac Monachis, gratis, & sine private exhibere noluerint) recipere libere valeatis; vobis & eisdem Prioribus, & Monachis Prioratum, & locorum hujusmodi, sine parochialium Ecclesiarum, & cujuslibet alterius juris alieni praedictio, auctoritate Apostolica licentiam, & facultatem liberam, tenore

praesentium, de gratia concedimus speciali. Nulli ergo, &c. Dat. Avenione 12. Kal. Februarii, Pont. nostri Anno 2.

I V. Pragensis Ecclesiae Erectio in Archiepiscopatum.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Attendentes Pragensis Ecclesiam, magna titulo dignitatis inter alias partium Ecclesiarum praefulgere dignitate, rationabile fore conspicimus, ut ipsam Pragensis Ecclesiam, & Archiepiscopos, qui pro tempore inibi praesuerint, spiritualibus gratiarum largitionibus in eis potissime, quae ad suum decus, & decorem ex ipsius Ecclesiae excellentia dignitatis pertinent, honoremus.

§. 1. Nuper si quidem suadentibus rationabilibus causis eandem Pragensis Ecclesiam olim suffraganeam Ecclesiae Moguntinae, ac tunc de Provincia Moguntina existentis, & venerabili Fratri nostro Arnesto Episcopo olim Pragensi in Archiepiscopum Pragensis electo regimini ejusdem &c. Pragensis Ecclesiae praesidente de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolica plenitudine potestatis in Archiepiscopalem, & Metropolitanam, ereximus, & honoribus, ac insigniis Sedis Metropolitanae duximus decorandam. Et attendentes, quod ipse Arnestus in ejusdem Ecclesiae regimine, dum Episcopalis existeret, haec tenus se gessit fideliter, & prudenter, & quod illud in posterum attentius gereret, praefatum Arnestum ipsi Ecclesiae Pragensi in Archiepiscopum praefecimus, & pastorem curam, & administrationem ipsius eidem Arnesto in spiritualibus, & temporalibus committendo, sibi quae deinde Pallium, insignis videlicet plenitudinis Pontificalis a nobis ex parte sua humiliter postulatum, duximus concedendum.

§. 2. Ut autem idem Arnestus, & ejus successores Archiepiscopi Pragenses, qui erunt pro tempore, eo licentius pallio uti possint, quo specialiori Apostolicae Sedis super hoc fuerint privilegio communiti, ipsius Arnesti supplicationibus inclinati eidem Arnesto, & successoribus suis praefatis, ut in ipsa Pragensi, & aliis suae Pragensis Provinciae Ecclesiis, videlicet in Nativitate Domini, & Joannis Evangelistae, Sancti Stephani, & Circumcisionis, ac Epiphaniae Domini, Ramis palmarum, & Coenae Domini, Sabbato Sancto, tribus diebus Resurrectionis, necnon in Ascensionis Domini, Pentecostes, Nativitatis Sancti Joannis Baptistae, & omnium Apostolorum, & quatuor Beatae Mariae Virginis, in commemoratione omnium Sanctorum, & Sancti Michaelis Archangeli, & Ecclesiarum dedicationibus, ac in principalibus ipsius Pragensis Ecclesiae festivitatibus, & die Anniversarii consecratio-

nis

Exordium

Multa bona in his Monachis a fidelibus collata.

Ibique Ecclesiastica ministrandi Sacramenta.

Die ad Palatium usum designati.

Ex Raynaldo ad 100. 1344. 9. 64.

In Archiepiscopatum erec-ta.

Pragensis Ecclesiae dignitas.

sa omnino esse, & irrita, nullumque de buisse, vel debere sortiri effectum, nec alicujus existere firmitatis.

§. 4. Et nihilominus hujusmodi acta, gesta, disposita, & administrata, ut praemittitur per praedictam Joannam, quoquomodo, seu per alios supradictos, vel ipsorum, aut aliquorum ex ipsis, auctoritate, consensu, seu assensu, quatenus processerunt de facto, & quae pro tempore, quo ad nos administratio, ut praemittitur pertinebat, per ipsam Joannam, vel praedictos, vel eorum auctoritate, vel consensu, modo, & forma praemissis fieri, geri, & administrari contingeret in futurum non obstante iuramento per sepefatam Joannam praestito, cassamus, irritamus, & cassa, & irrita nuntiamus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri Decreti, revisionis, prohibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis &c.

Datum Avenioni quarto Kalendas Decembris Pontificatus nostri anno secundo.

III.

Facultas Abbatis Congregationis Monachorum B. Mariae Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, retinendi & acquirendi nova loca & Monasteria, ibique Ecclesiastica Sacramenta ministrandi.

Hanc Congregationem approbavit Joannes XXII. Constitutione XXXVI. pag. 191. Cum a nobis.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monasterii S. Mariae de Monte Oliveti in Accenna, Ordinis S. Benedicti, Aretinae Diocesis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Solicitudinis Pastoralis officium, quod super omnes orbis Ecclesias, & Monasteria, dispositione divina, licet immeriti, gerimus, pulsant & excitant mentem nostram, ut cunctorum fidelium, & praesertim regularium personarum, quae mundanis relegatis illecebris, sub arctioris vitae observantia se perpetuo divinis obsequiis emanciparunt, commodis intendamus, ac in iis, quae divini cultus, animarum salutem, & religionis augmentum concernunt, eos apostolici favoris praesidio fovemus.

§. 1. Exhibita siquidem nobis nuper vestra petitio continebat, quod nonnulli Christi fideles, gerentes ad vestrum Monasterium specialis devotionis affectum, ac cupientes, ut Monasterium ipsum ad divini laudem nominis amplietur, pro animarum ipsorum salute, nonnullas domos, terras, possessiones, loca, & alia bona ad eos spectantia, vobis, ac vestro Monasterio liberalitate provida donaverunt, & ea intentione contulerunt, ut in eisdem domibus, terris, possessionibus, & locis, Prioratus, & Oratoria cum officinis necessariis ad opus personarum dicti Monasterii construantur, & de novo fundentur; ipsaque constructa, & fun-

data, dicto vestro Monasterio tamquam membra capiti sint subiecta, & in eis sic constructis, & fundatis instituantur, ponantur, & deputentur Priores, Monachi, & Conversi, ac familiares, per te filii Abbas, & successores tuos Abbates, qui erunt pro tempore Monasterii supradicti, quodque quamplurimi alii Christi fideles, similes donationes, & concessiones vobis libenter facerent ad similes usus, ut creditis, si vos super his a Sede Apostolica haberetis auctoritatem, licentiam, & etiam facultatem. Quare nobis humiliter supplicastis, ut vos in hac parte, praerogativa Sedis Apostolicae gratia prosequenda consuectae ipsius clementiae, dignaremur.

§. 2. Nos igitur, qui sumus almifici Confessoris Benedicti Ordinis professores, cupientes Ordinem ipsum, ad Dei laudem, & gloriam, ipsiusque Confessoris memoriam celebrem dilatari, ac cultum augeri divini nominis, & animarum salutem etiam procurari, & propterea hujusmodi pia desideria devotorum volentes favoribus Apostolicis confovere, vestris supplicationibus inclinati, recipiendi hujusmodi domos, terras, possessiones, loca, & omnia bona praedicta vobis jam concessa, & donata, & ea etiam quae in posterum vobis donabuntur, & concedentur ad usus praedictos, & in eisdem domibus, terris, possessionibus, locis donatis, & concessis, ac donandis, & concedendis prout domorum, terrarum, possessionum, locorum hujusmodi magnitudo, seu quantitas, & eorum etiam facultates exposcent, Prioratus vestri Ordinis, & Oratoria cum officinis necessariis construere, & fundare in partibus dumtaxat Italiae, ac in eis Priores, Monachos, & familiares juxta dictarum facultatum exigentiam instruere, qui secundum eisdem B. Benedicti Regulam, & instituta dicti vestri Monasterii, devotum impendant perpetuo Altissimo famulatum. Et quod eisdem Prioribus, Monachis, & Conversis liceat in eisdem Prioratibus, & Oratoriis habere altaria, campanilia, cum campanis, caemeteria pro sepultura personarum in illis degentium, ac in Oratoriis ipsis Missas, & alia divina officia celebrare. Quodque Prior cujuslibet loci sic construendi, possit Monachorum, & Conversorum Prioratus, seu loci sui confessiones audire, ipsosque absolvere, ac eis pro commissis poenitentiam injungere salutarem, dummodo talia non fuerint, propter quae foret Sedes Apostolica merito consulenda.

§. 3. Necnon eisdem cuncta Sacramenta Ecclesiastica ministrare, & quod in Prioratibus, & Oratoriis ipsis, erectionem, & consecrationem altarium, & caemeteriorum benedictionem, a quocumque malueritis Catholico Antistite gratiam, & communionem Apostolicae Sedis habere (si Prioratum, & locorum ipsorum Diocesani, eas vobis, & ipsis Prioribus, ac Monachis, gratis, & sine private exhibere noluerint) recipere libere valeatis; vobis & eisdem Prioribus, & Monachis Prioratum, & locorum hujusmodi, sine parochialium Ecclesiarum, & cujuslibet alterius juris alieni praedictio, auctoritate Apostolica licentiam, & facultatem liberam, tenore

praesentium, de gratia concedimus speciali. Nulli ergo, &c. Dat. Avenione 12. Kal. Februarii, Pont. nostri Anno 2.

I V. Pragensis Ecclesiae Erectio in Archiepiscopatum.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Attendentes Pragensis Ecclesiam, magna titulo dignitatis inter alias partium Ecclesiarum praefulgere dignitate, rationabile fore conspicimus, ut ipsam Pragensis Ecclesiam, & Archiepiscopos, qui pro tempore inibi praesuerint, spiritualibus gratiarum largitionibus in eis potissime, quae ad suum decus, & decorem ex ipsius Ecclesiae excellentia dignitatis pertinent, honoremus.

§. 1. Nuper si quidem suadentibus rationabilibus causis eandem Pragensis Ecclesiam olim suffraganeam Ecclesiae Moguntinae, ac tunc de Provincia Moguntina existentis, & venerabili Fratri nostro Arnesto Episcopo olim Pragensi in Archiepiscopum Pragensis electo regimini ejusdem &c. Pragensis Ecclesiae praesidente de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolica plenitudine potestatis in Archiepiscopalem, & Metropolitanam, ereximus, & honoribus, ac insigniis Sedis Metropolitanae duximus decorandam. Et attendentes, quod ipse Arnestus in ejusdem Ecclesiae regimine, dum Episcopalis existeret, haec tenus se gessit fideliter, & prudenter, & quod illud in posterum attentius gereret, praefatum Arnestum ipsi Ecclesiae Pragensi in Archiepiscopum praefecimus, & pastorem curam, & administrationem ipsius eidem Arnesto in spiritualibus, & temporalibus committendo, sibi quae deinde Pallium, insignis videlicet plenitudinis Pontificalis a nobis ex parte sua humiliter postulatum, duximus concedendum.

§. 2. Ut autem idem Arnestus, & ejus successores Archiepiscopi Pragenses, qui erunt pro tempore, eo licentius pallio uti possint, quo specialiori Apostolicae Sedis super hoc fuerint privilegio communiti, ipsius Arnesti supplicationibus inclinati eidem Arnesto, & successoribus suis praefatis, ut in ipsa Pragensi, & aliis suae Pragensis Provinciae Ecclesiis, videlicet in Nativitate Domini, & Joannis Evangelistae, Sancti Stephani, & Circumcisionis, ac Epiphaniae Domini, Ramis palmarum, & Coenae Domini, Sabbato Sancto, tribus diebus Resurrectionis, necnon in Ascensionis Domini, Pentecostes, Nativitatis Sancti Joannis Baptistae, & omnium Apostolorum, & quatuor Beatae Mariae Virginis, in commemoratione omnium Sanctorum, & Sancti Michaelis Archangeli, & Ecclesiarum dedicationibus, ac in principalibus ipsius Pragensis Ecclesiae festivitatibus, & die Anniversarii consecratio-

nis

Exordium

Multa bona in his Monachis a fidelibus collata.

Ibique Ecclesiastica ministrandi Sacramenta.

Die ad Palatium usum designati.

Ex Raynaldo ad 100. 1344. 9. 64.

In Archiepiscopatum erec-ta.

Pragensis Ecclesiae dignitas.

nis ipsius Arnesti, & Ecclesiarum Provincia Pragensis predicta, ubi ipsum Arnestum, vel successores eius predictos interesse, & Missarum solemnias celebrare contigerit principibus festis, ac etiam in consecrationibus Episcoporum, & ordinationibus Clericorum, in Abbatum, & Abbatissarum, ac Monialium benedictionibus Pallio alias eis rite concessio & etiam assignato, ut licite valeant auctoritate Apostolica tenore presentium indulgentius.

Claudia. §. 3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre erectionis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. die 25. Augusti 1344. An. III. Datum apud Villam novam Avenionensis Diocesis VIII. Kal. Septembris Pont. anno III.

V.

Ludovicus de Hispania Fortunatarum Insularum Rex constituitur.

Ex eodem Reynaldo ad Ann. 1344. p. 39.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Nobili Viro Ludovico de Hispania Principi Fortunae.

Fortunata Insularum status.

Sicut exhibitae nobis tuae petitionis series continebat, in mari Oceano, inter Meridiem, & occidentem sunt quaedam Insulae, quarum aliqua habitatae, aliqua vero inhabitatae fore noscuntur, quae in communi nominantur Insulae Fortunatae, quamquam earum quilibet proprio vocabulo, ut sequitur inferius, sint distinctae quarum aliqua Insulae eidem adiacent: quaedam vero alia est in mari mediterraneo situata. Quarum omnium prima Canaria, alia Ningaria, tertia Pluviaria, quarta Capraria, quinta Junonia, sexta Embronea, septima Athlantia, octava Hesperidum, nona Cernent, decima Gorgones, & illa, quae est in mari mediterraneo Galeta vulgariter nuncupantur; omnesque praedictae Insulae sunt a Christi fide, & Christianorum Dominio alienae: ex quo tu pro exaltatione fidei ad honorem nominis Christiani desideras in huiusmodi acquisitione omnium praedictarum Insularum exponere te, & tua; dum tamen a Nobis in eisdem titulus, & auctoritas pro quibus nobis humiliter supplicasti, tibi, tuisque haeredibus, & successoribus tam masculis, quam feminis concedatur.

Ludovico de Hispania concessit cum merito & mixto imperio.

§. 1. Nos igitur pium, & laudabile propositum, quod te in his habere asseris plurimum in Domino commendantes, & cupientes, ut in eisdem Insulis orthodoxa fides propagetur, & vigeat, cultusque divinus inibi observetur, & quod per tuum Ministerium Christianitatis termini dilatentur; tuis supplicationibus inclinati ad honorem Dei, tuaeque salutis, & status augmentum, omnes praedictas Insulas, & earum quamlibet, dummodo in eis non sit alicui Christiano specialiter jus

quasitum in omnibus iuribus, & pertinentiis suis, ac merum, & mixtum imperium, & jurisdictionem omnimodam temporalem in eisdem auctoritate Apostolica, ac nomine nostro, & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum, & ipsius Ecclesiae Romanae, tibi, & haeredibus tuis, & successoribus Catholicis, ac legitimis, & in devotione ipsius Romanae Ecclesiae persistentibus, tam masculis, quam feminis in feudum perpetuum de Fratrum nostrorum consilio, & assensu, ac Apostolica plenitudine potestatis sub modo, forma, tenore, conditionibus, & conventionibus contentis presentibus concedimus, & donamus, teque praedicto feudo per sceptrum aureum praesentialiter investimus, dantes nihilominus tibi, haeredibus, & successoribus praedictis plenam, & liberam potestatem eisdem Insulas, absque tamen juris alterius praedictio, ut praemittitur, acquirendi, ac perpetuo possidendi, monetam, seu monetas fabricandi, & alia jura Regalia, salva superioritate Romani Pontificis in eisdem Insulis exercendi, ac licentiam in eis, & earum quolibet Ecclesias, & Monasteria construendi, eisque dotes congruas assignandi, jus patronatus tibi, & haeredibus ac successoribus tuis, prout instituta concedunt Canonica reservando.

Traditum est dem sceptrum aureum: concessimusque ius eondendarum Ecclesiarum.

§. 2. Postquam vero in eisdem Insulis Deo concedente per te, vel haeredes, aut successores tuos praedictos Ecclesiae, ac Monasteria constructa, seu fundata fuerint & in eisdem Praelatis, & personis Ecclesiasticis Secularibus, seu Regularibus canonice ordinatum extiterit, Praelati, & Personae, ac Ecclesiae, sive Cathedrales, sive Collegiatae, Seculares, aut Regulares, & Monasteria praedicta cum locis, & bonis suis in electionibus, provisionibus, & omnibus aliis plena libertate gaudebunt: quam libertatem tu, & haeredes eisdem, & successores semper manu tenebitis, & conservabitis, & manu teneri, & conservari facietis ab omnibus subditis vestris: Diocetae Ecclesiae, & Monasteria, ac personae utentur libere omnibus bonis, & iuribus eorumdem.

Data tamen omnimoda libertas Ecclesiis, & Monasteriis, postquam fuerint erecta.

§. 3. Et ut per concessionem nostram huiusmodi potioris dignitatis titulo reddaris insignis auctoritate praedicta de ipsorum Fratrum consilio, & assensu dictarum Insularum, quas de cetero fore decernimus Principatum ipsumque Fortunae nuncupari Principem constitimus, coronam auream in signum adepti dicti Principatus, tuique honoris augmentum tuo capiti nostris manibus imponendo, volentes ut tu, & illorum quilibet, qui tum erit in eodem Principatu haeres, atque successor Princeps Fortunae debeatis de cetero nominari, ita quod tu nobis per te & iidem haeredes, & successores tui in dicto Principatu nobis, & ipsis singulis successoribus nostris Romanis Pontificibus per vos, vel Procuratores vestros ad hoc legitime constitutos recognitionem, & homagium ligium facere, & plenum Vassallagium, & fidelitatis iuramentum praestare tenebimini juxta formam inferius annotatam. Ceterum si forte deficientibus masculis contigerit feminam in-

Coronam auream Ludovico impedita.

Adita tonditio praestandi homagium Sedi Apostolicae.

ptam

Imperatus census quadringentorum aureorum.

ptam in dicto Principatu succedere illa maritabitur viro Catholico, & Ecclesiae Romanae devoto; Romani tamen Pontificis prius super hoc consilio requisito.

§. 4. Et insuper tam tu quam haeredum quilibet & Successorum tuorum in dicto Principatu, & pro ipso censum quadringentorum Florenorum boni, & puri auri, ac Conii, & ponderis Florentini, ubicumque Romanus Pontifex fuerit, ipsi Romano Pontifici, qui erit pro tempore, & Ecclesiae Romanae, vel ipsi Ecclesiae, ubi ipsa fuerit, Sede vacante, recipienti pro futuro Pontifice, & pro portione Collegium ipsius Ecclesiae contingente in festo beatorum Petri, & Pauli annis singulis integraliter persolveris: ad quem censum, ut praemittitur, persolvendum, tam tu, quam quilibet haeredum, & Successorum tuorum in dicto Principatu tenebimini, & stitis stricti. Si vero tu, vel quicumque haeredum seu Successorum tuorum in dicto Principatu statuto termino non solveris integre, ut praemittitur censum, & expectati per quatuor menses, terminum ipsum primum immediate sequentes, de illo ad plenum non satisfeceris eo ipso eritis excommunicationis vinculo innodati. Quod si in secundo termino infra subsecuentes quatuor alios menses eundem censum sine diminutione quolibet non persolveris, totus Principatus praedictus erit ecclesiastico suppositus interdicto. Si vero nec in tertio termino, & infra alios quatuor menses primos per plenam satisfactionem ejusdem censum tu, & haeredes, vel Successores tui vobis duxeritis consulendum, ita quod transactis eodem tertio termino, & subsecquentibus mensibus, non sit de huiusmodi censu primi termini ipsi Ecclesiae satisfactum, ab eodem Principatu ipso jure cadatis ex toto, & Principatus ipse ad Romanam Ecclesiam, ejusque dispositionem integre, & libere revertatur: nihilominus pro singulis quadringentis florenis singulorum terminorum, si simili modo in eorum solutione cessaveris, vel illam non solveris, tu, & quilibet haeredum, & Successorum tuorum in dicto Principatu poenas similes incurras, salvo aliis poenis, processibus, & sententiis, quae, vel qui de jure inferri, vel haberi, seu proferri poterunt per Romanum Pontificem, vel Sedem Apostolicam specialiter in hoc: sed ad censum ipsum persolvendum eidem Ecclesiae tunc, & non ante teneamini cum effectu, cum tu, vel haeredes, aut Successores tui in dicto Principatu ejusdem Principatus, vel majorem partem ipsius fueritis possessionem adepti. Nostra nihilominus intentionis existit, quod Romana Ecclesia occasione concessionis huiusmodi ad impendendum tibi, vel eisdem haeredibus aut successoribus aliquod subsidium in acquisitione, seu retentione dicti Principatus ex debito nullatenus astringatur.

Poenae excommunicationis, & privationis promulgatae.

§. 5. Et quia in quibusdam articulis supra dictis expressius continetur, quod in certis casibus tu, & tui in eodem Principatu haeredes, & successores excommunicationis sententiam incurras, & dictus Principatus sit ecclesiastico suppositus interdicto, quodque tam tu, quam haeredes, & successores ipsi cadatis

Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

a Principatu, seu stis ipso Principatu privati; Nos ex nunc huiusmodi sententias, videlicet excommunicationis in te, ac eosdem haeredes, & successores, interdicti in eundem Principatum, & privationis Principatus ejusdem, si tua, vel ipsorum culpa huiusmodi casus emerferit, de dictorum Fratrum consilio auctoritate Apostolica promulgamus. Forma vero recognitionis homagii, Ligii, Vassallagii, & iuramenti fidelitatis, quae praestari, & fieri volumus a te, & haeredibus, & successoribus tuis in eodem Principatu juxta tenorem, formam, & conditionem presentis concessionis verbis competenter mutandis talis est.

Prescripta Ludovico Sacramenti formula.

§. 6. Ego Ludovicus de Hispania Princeps Fortunae fateor, & recognosco, me infra scriptas Insulas videlicet Canariam, Ningariam, Pluviariam, Caprariam, Junoniam, Embronea, Athlantiam, Hesperidum, Cernent, Gorgonidem, & Galetam, cum omnibus iuribus, & pertinentiis, a vobis Domino meo Domino Clemente Divina Providentia Papa VI. nomine vestro, & Successorum vestrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, & Romanae Ecclesiae mihi, meisque haeredibus, & successoribus catholicis, atque legitimis, & in devotione ipsius Romanae Ecclesiae existentibus tam masculis, quam feminis, in feudum perpetuum fuisse concessas, ipsaque me recipisse, & tenere sub annuo censu quadringentorum florenorum boni, & puri auri, ac ponderis, & conii florentini vobis Domino meo Domino Clementi Papae Sexto, vestrisque successoribus ac Romanae Ecclesiae annis singulis in festo beatorum Apostolorum Petri, & Pauli persolvendo. Pro quibus Insulis faciens plenum Vassallagium vobis, vestrisque successoribus canonice intrantibus, ac sacrosanctae Romanae Ecclesiae praedictae ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero beato Petro, & vobis Domino meo Domino Clementi Papae Sexto vestrisque successoribus canonice intrantibus ac Sacrosanctae Romanae Ecclesiae. Non ero in consilio, auxilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdat, aut membrum, vel capiamini mala captione. Consilium, quod mihi mandatori estis per vos vel Nuntios vestros, sive per litteras, ad verum damnum scienter nemini pandam; & si scivero fieri, vel procurari, sive tractari aliquid, quod sit in vestrum damnum, illud pro posse impediam, & si impedire non possem, illud vobis significare curabo. Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri tam in praedictis Insulis, quam etiam alibi existentia adjutor vobis ero ad retinendum, & defendendum, ac recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem. Insuper modum, formam, seu condiciones & omnia, & singula, quae continentur in litteris Apostolicis super huiusmodi concessionem concessis, plenarie adimplebo, & inviolabiliter observabo, nec ullo unquam tempore veniam contra ea. Sic me Deus adjuvet, & haec Sancta Dei Evangelia. Me obligo, & praedictos haeredes, & successores meos, ac Principatum praedictum, jura & bona nobis competentia, & competitura in eo.

P p

§. 7. Si.